


948.61.1



BX890

.S3

1770

v.1

c.1



1080045269

R. P.

JACOBI HYACINTHI
S E R R Y
O P E R A O M N I A.

R. P. JACOBI HYACINTHI
S E R R Y

Ord. Præd. Doct. Sorb. & in Patavino Lyceo
S. Theol. Profess. Prim.



OPERA OMNIA:

Quorum nonnulla adhuc inedita, plura secundis curis ab
ipsomet aucta & illustrata

IN SEX TOMOS TRIBUTA.

PRÆTER PRÆFATIONEM, ET VITAM AUCTORIS
ACCEDUNT

Ci. Virorum in ejusdem opera Animadversiones.

TOMUS PRIMUS.

EA CONTINENS QUE SEQUENS
PAGINA INDICAT.



LUGDUNI MDCCLXX.
SUPERIORIBUS ANNUENTIBUS.

PROSTANT VENALES VENETIIS
APUD SIMONEM OCCHI
IN VIA MERCATORIA SUB SIGNO ITALIE.

50595

R. P. JACOBI HYACINTHI
S. R. A. T. O.

B2890

53

1770

P R A E F A T I O .
v

CUM ea sit humanae naturae conditio, ut cuique, ineluctabili Divini Numinis lege, ex hac vita tardius velocius sit emigrandum, ne sis quidem exceptis doctissimis viris, quorum vita immortalis aetate dignissima; in id saltem totis viribus admittendum est, ne una cum eis communii fato sublati ea quoque intereant, quæ ab ipsis in literarum decus & commodum magnis laboribus, diuturnaque Vigilis elucubrata sunt. Quod tamen ut facile eveniat, periculum erit, nisi ingeniosi eorum fetus in lucem typorum ope non solum prodeant, sed etiam a disperfone (cui subfunt volumina seorsim edita, varie præsertim molis) unica collatione vindicentur. Sane aequis rerum existimatoribus, nedum querelarum, verum & iustæ indignationis argumentum obiceretur, si lucubrationibus clarissimi viri Fr. Jacobi Hyacinthi Serry Ordinis Prædicatorum, Doctoris Sorbonici, & in Patavina Academia per annos ferme quadragesima primari Theologie Professoris, hoc fortasse contingere. Plurimis, ut nemo non novit, varia molis voluminibus, libellis, opusculis solida doctrina, omnigenaque eruditione referens, mira perspicuitate, & eleganti stilo exaratis litterarum Rempublicam ditavit vir otii plane impatiens, qui nec ingravescere aut effata jam aetate lectioni, aut scriptiori umquam pepercit. Nonnulla vero ex iis, quamvis plures præalo commissa, tanta tamen avitatem vice qualibet distrahere studiosi homines properarunt, ut brevi iterum rarescerent, frustraque deinde corum exemplaria quacunque adhibita diligentia, & quovis vel magno pretio proposito perquirerentur. Extant præterea opuscula quædam typis quidem ab ipso parata, at nondum tradita; existant & alia publici juris jam facta, qua subsecutis temporibus copiosius additamentis, explicationibus, vindictis, dum adhuc inter vivos ageret ipse locupletaverat. Postremo occurrit typographorum vitio, seu amanuensium oscitancia menda plura, qua diligenteris hominis spongiam expectant. Hæc & alia forsan incommoda per novam, eamque integram, completamque Scrianorum operum editionem nitoris suo restitu posse confidimus, eoque consilio hanc in nos provinciam fulcimus.

Curis igitur nostris habebis, humanissime Lector, novam, plenam, ampliorem, ac præcedentibus (absit injuria verbo) accuratamque præstantiore clarissimi Auctoris operum collectionem. Omnia quæ diffiniti voluminibus, aut exiguis etiam libellis sparsim evulgata fuere, invicem copulate, & præclare ordine suo collocata, quorum alia, etiam autographorum beneficio diu conquista, nunc Deo bene fortunante, & latebris fere inopinato nobis educere licuit, atque in communem utilitatem proferre. Hæc infuper alia, quibus luce publica frui adhuc datum non fuerat; vel qua semel jam edita, integris dissertationibus, novisque argumentis aucta, confirmata, illustrata, strenueque vindicata, iterum præalo confignanda paraverat; omnia habebis, inquam, a mendis qua typographorum incuria irreplerant, diligent studio expurgata; & plura quoque haberes, si qua vivens, nec operum suorum magnus æstimator, permultis concederat, vel etiam transcribenda commodaverat, Patavina fui Ordinis ad Sanctum Augustinum Bibliothecæ, ut aequum, & conditum erat, redditia fuissent; aut ea e vivis sublato, quo fato nescimus, non evaniscent. Quoniam vero tot inter Serry Opere pauca quædam, videlicet *Exercitationes de Christo, ejusque Virgine Matre; Theologia supplex; nec non Duplex de Romano Pontifice Differario*, Sacra Romana Congregationis displicerunt, ejusque judicio Indici censorio accentuata sunt; ne & istis Lector careset, ita ea cedere opportunum judicavimus, ut censorii quoque libelli aduersus ea in lucem emissi simus adjungerentur, ut iis scilicet invicem collatis, ubi mendum aliquod, vel amphibologum offendens, quod Auctori clarissimo, ac de litteraria Republica optime merito aliud agenti excederit, quid tibi fentiendum sit, proslus non ignores.

Porro antequam de novâ hujus nostræ collectionis præstantia quidquam preffus loquamur, quod quidem singularum Operum seriem exhibentes præstabilimus, abs re non erit de præclarissimorum horum foetorum parente pauca quædam delibera.

Fr. Jacobus Hyacinthus Serry Gallus Toloni, nobili Provinciae Urbe, patre Doctore physico, regia Clavis Archiatro natus est. Acet, vividum, promptumque ingenium in eo adhuc puero elucebat, sed cum minus erga literas propensus parenti suo videretur, eum is navalis militia, cui frater suis præter, deslinavit. Arrepto igitur ille per mare itinere sub patria cura, ac disciplina Cretam versus evagivavit; sed tot ac tantis iactauis est procellis, atque periculis, ut ipse & patruus quamvis rerum nauticarum scientia, & uu peritissimum, sola tamen Dei ope incolumes se evasisse faterentur. Hisce itaque penterre fractus patriam refutavit; ac ne iterum ea itinere subire cogeretur, ad Musas statim volens ac libens confugit, mitiusque virtus genui fatius duxit eligere. Sane tanto ardore humaniorum litterarum curriculum repetit, ut brevi magnos fecerit progressus, omnesque sodales suos five soluta, five ligata oratione facilmente superaret. Tum jam adulitus Ordini Prædicatorum nomen dedit in Conventu Massiliensi, in quo Patrum habebat virum eximum, & iterata vice Provinciae regimine functum; cui Conobio (obiter hic dicam) magna prudentia laude Serrius ipse deinde præfuit, areq. non paucis literarum laboribus ex Serenissima Reipublica Veneta munificentia comparato ditavit, præsertim post fæsificiam luem, quæ ibidem anno 1721. graffata pene illud confecerat. Parvulos studiorum causa ad Gymnasium Sanjacobum missus, Natalis Alexandri viri littigatio Orbi notissimi auditor fuit;

ibi

Ibiq[ue] vix elapo Philosophici , ac Theologici cursus quinquennio ad gradus in sacra facultate promotus fuit . Philosophiam sodales fuos , quos inter Ignatium Hyacinthum de Graveson , edocuit : jam Baccalaureus anno 1684. institutus , Licentiamque annis 1688. & 1689. decurrit non mediocri nominis sui fama . Nec minorem eo tempore e facro fuggefu gloriam , Massilie primum , deinde Regia in Urbe Parisiensi sibi comparavit , pluribus de Sanctorum laudibus orationibus etiam leđissima virorum corona eloquentissime recitatis : quam quidem multo magis auxiſſet , si quod maxima optabant omnes , spondebantque , concionibus habendis celebrioribus anni temporibus operam navare suam ei tunc licuſſet . At via Licentiatuſ , ut ajunt , ac rude donatus anno 1690. Romam statim ab emuncta naris viro Antonino Cloche Generali Pradicatorum Ordinis Magistri vocatus : ubi nondum fatis resumis viribus ex longo conſecto itinere , ecce ad ipsum Generalem Magistrum ab acerimi judici Principe Cosimo III. Magno Ethnici . Due p[er]quam honorifice litterae adveniunt , data sub die 11. Julii ejusdem anni , quibus ab eo vehementissime flagitabat , ut sibi Magistrum Seruum concederet , cujus operam permaxime optabat , ad Theologiaz Cathedram in Pisana sua Universitate moderandam ; honestissimis ad id propositis conditionibus ; quamvis tantu[m] Principis annuere votis non potuerit , reluctantibus haud paucis S. R. E. Cardinalibus , ac tota pene Romana Curia aegerime ferente tali viro privari . Ejus Epistolæ autographum in Vela Etat S. Jo. & Pauli Biblioteca servatur . Romam igitur quinquennio moratus universorum ordinum , ac præcipue Cardinalium amorem atque exultationem , quin etiam admirationem , in se concitat . Nedum ab Eminentissimo Palutio de Alteris Theologis adscitus ; sed etiam ab Eminentissimo Boullonio eodem honore donatus est ; cuius munera partes & apud Illustrissimum Ventimiliam tunc Massiliensem , postea Parisiensem Antistitem summa omnium commendatione olim expleverat . Hos , inquam , aliosque egregia nata opera mire sibi devinxit . Eminentissimum Lautonium de Alteris Clementis Papæ X. nepotem in optimis disciplinis instituendum suscepit ; apud Eminentissimum Casanatram Bibliothecarium Apostolicum familiaritate , & gratia ita floruit , ut arcana ab eo monumenta sibi crederentur , quibus ingentem certorum documentorum supellectilem comparavit ad Historiam suam Congregationum de Auxiliis praetextam , & adornandam . Eum ibidem degentem , Parisiensis Academia , cuius ille membrum , nemini fortasse secundum erat , cum urgentibus præmeretur negotiis , suis juribus apud Romanam Curiam aduersis quosdam Flandria Episcopos vindicandis præfecit ; quod ille minus sibi demandatum diligenter adimplevit . Sacra præterea Congregacionis Indicis Consultor delectus fuit , variisque aliis , dum Roma confisteret , honorificis munis summa cum laude perfusus est , ad finem usque anni 1696. quo Parfios reverſus est , laurea Magisterii , eo usque ob absentiam prolata , donandus , quam & die 23. Martii 1697. accepit . Eodem anno clarissima ejus eruditio fama excitatus Venetorum Senatus , cui summa semper cura fuit , ut selectissimis undique accersitis in omni facultate professoribus Patavina Academia quovis tempore floreret , eum delegit , ut primariam in via S. Thomæ cathedrali Theologiam regeret . Nec prætereundum quod cum percontanti Veneti Senatu[m] Generalis Ordinis Magister doctissimos plures sibi instituti viros scripto indicasset , quos amplissimo illi muneri pro dignitate sustinendi idoneos judicabat ; horum autem nomina etiam eodem Senatu recitarentur ; auditio vix præclaro Serry nomine , quamvis postrem locum in ea notula teneret , (viridioris fortasse etatis caula) unus statim ex gravissimis illis Patribus , qui Seruum Parisiis , dum ipse Legati pro sua Republica munere fungeretur , disputantem audiverat , & demiratus magnopere fuerat , ita commotus fuit , tamque efficaci oratione in ejus commendationem prolata ceteros devicit , ut pleno confensu , conjunctisque suffragiis , illum reliquis omnibus præferendum censerunt , ac Theologum Patavinum suo decreto die 21. Septembri 1697. renunciarint : Nullus cerre in hac urbe (verba sunt Jacobi Faccioli in suo opere cui titulus: Faſti Gymnasi Patavini) negre nostra , neque Patrum memoria Theologus majorem sibi doctrinam opinione comparavit ; non quidem redus novis excogitandis , ut quidam minus periti , vel minus benevoli , cum viverer , sibi persuadebant , sed veteribus nova quadam ratione explicandis , augendis , ordinandis . Ingenio fuit , supra quam dici posſit , vrodo , planeque pugnac : quo factum est ut diffida litterarum , & facile alii moveret , & sibi motas animoſe ſufficeret ; nihilque unquam dicendo , & ſcribendo sibi proponeret , præter victorianum . Clarissimi hujus viri Scholas frequen- tissima omnium ordinum multitudine complebat , ipsoque ex cathedra , ut mos est , loquente , mira audiuentum animi voluptate affiebantur . Ecquis vero ad Patavinas oras adventavit , aliqua faltem litterarum laude excutus , qui non sibi lucidissimum duxerit Seruum agnosceret , alloqui , ntuari ? Quot Principes viri , aut Patavio tranſentes ; aut illuc ultra profecti , cum eum honoris causa convenienter , non inde ab eo admiratione fere perculi receſſerunt ? Aut quis exquisitus rerum æſtimator (iis , qui invidia laborant , duntaxat exceptis) non ipsum , ceu quoddam ingenii portentum , cuius certe similia nec omnis fert tellus , nec omnis parit ætas , ſuspeſit , appellavit , magnificavit ? Nam cum in de ſummis , retrouſque rebus diſſerret , ea tanta ratio- num perficiuitate , ordine , atque vi perfequebat ; tanta eruditio[n]is copia , ac varietate illuſtrabat ; totque S. Scriptura , Conciliorum , ac Patrum testimonii roborabat , ut quicumque intererat , eti[us] minus claro , vel prompto ingenio polliceret , qua[ntum] tamen ille tradiderat , non modo facile , verum etiam juu[n]cide perciperet , ac intelligeret . H[oc] autem omnia eo dicendi genere comp[re]hendebatur ; ut nil eorum qua afferebat gravitati , cultus ac lepor orationis officeret , sed rerum potius magnitudinem , ac dignitatem sermonis concinnitas ipsa amplificaret . Inde factum opinor , ut cum tam diuturno tempore spatio publice docendi munus in præclarissima Universitate obierit , nemini tamen unquam aut fastidium , aut fatigatatem ingeneraret ; sed quo magis audiebant , eo magis illum audire ſinguli gestiret ; atque ex longo , affiduo que u[er]o , quo etiam optima viteſcant , ardenter in dies aviditas in omnibus incaliceret . Illud plane mirandum erat , quod eti[us] plurima , que dicturus eret , cumulatissime prius non exaraset , sed

ſed ſummatim veluti , contraſtoque ſtilo perſtrinxifſet , de omnibus tamen eodem sermonis nitore , verborumque affluentia , atque proprietate , eadem vi ac perſpicuitate , ac ſi ſingula perſcripſet , acriter , copioſe , atque expedite diſſerbat , ita quidem , ut nullus in tot aconcione , quantumlibet emuncta naris effet , acrisque criterii vir , aut quando ſeſe anteā ad dicendum ple- no ſcripto paraflet , aut quando veluti ex tempore loqueretur , internofcere poſſet : adeo diu- turno ſtudio , atque conſtantī exercitatione latinam linguaſ ſibi familiarem fecerat , propeque vernacula .

Præclaro Serry ingenio ſingulares reſpondebant animi dotes , integerim probitas , beneficia indole , religioſa munificencia , sincera minimeque ſucata pietas , magnanimus caducarum rerum con- temptus , aquitas , comitas , in adverſis conſtantia , ceteraque præcellentis animi ornamenta , qui- bus adeo eminebat , ut fama eorum longe vagata Virorum ſummonum , Principum etiam bene- volentiam , amicitiam , ac ſingularem favorem in diſſitis quoque regionibus , ei compare abun- de potuerint . Quam magni fecerint eximium hunc virum Patavini Studii Moderatores argumen- to fuit , quod vix elapo triennio elapo ex quo publice docendi munus fuſcep- rat , Ordinis Prædicatorum ; Generalis Magister Antoninus Cloche epiftolam dedit ſub die 31. Julii anni 1700. ad P. F. Joannem Franciſcum Gallo S. Theologiaz Magistrum , & Coenobi SS. Joannis , & Pauli Priorem , qua enixe poſtulabat , ut nil apud Venetos Proceres intentatum relinquere ad hoc , ut Magistro Serry in Academia Patavina jam Profefori facultas fieret redeun- di Romam ; eum enim communibus Romana Curia votis fatisfaſurus , Collegii a Cardinale Costante apud Fratres Prædicatorum Minervitanos nuperime inſtituti , Theologum designaverat . Huic ſecundum , ac tertiam adjunxit diebus 21. Auguſt & 25. Septembris , & quartam infuper commendavit , Patavini Gymnasiſ Moderatoribus exhibendam , humiliiter poſcens , & obſecrancs , ut tam juſta petitioni annuere vellent . At res pro votis ejus non cefſit ; nullo enim pacto permit- tendum duxit Senatus , ut munus quod ſumma totius Academiae gratulatione auficatus vix fue- rat , tam citio dimitteret , vel fero quidem abdicaret . Quamobrem docendi , ac vivendi unuſ idem- que ei finis fuit . Quamquam vero fenio pene conſectus effet , eam ſemper pollebat mentis viri- ditate , ut in hac parte nulli juniorum concederet : nec a ratione quam adoleſcens injerat nunquam difſiliſ ; fed vel in ſchola , vel ad pluteum affidue ſedens , totos pene dies traſiſegat : ita quidem ut vix extreſam inclinantis diei horam , liberioris aeris captandi caula , modica deambulacioni indulgeret . Qui exacto per annos quadraginta docendi munere in ea Aca- demia , cum facile ab eo vacationem , ſeu ut ajunt , jubilationem Doſtor emeritus impetrare po- tuſſet ; ab otio , imo & ab otii ſpecie ſummpore abhorrens , maluit , veluti strenuus miles in acie , in ſua litteraria paleſtra diem extreſam obire . Christianam , religioſamque vitam , quam ſemper duxerat , haud diſſimilis clauſit mors ; quam adventantem , non conſtant modo atque im- perterritu[m] animo aſpetix , ſed latro hilarior vultu , ſodalibus de ipsius periculo metuētibus ſibi immixtare p[re]dictix : id unum , catena oblitus , enixe flagitans ut ſacrificis ritibus expiatus ac munitus nequifimi hostis poſſet eludere tela . Quanto vero humana gloria teneretur fastidio , ac mundanas laudes diſpicerat , ex eo conſat , quod morti iam proximus a Coenobi Patavini Praefecto , ceterisque Confratribus prece omni , ac vix non jurejurando obſtricis impetravit , ne oratio funebris in ſui commendationem ullatenus haberetur . Obiit autem octogenarius , aeternum ſtudioſa poſteritati ſui defiderium relinques , die 12. Martii anno 1738. cui in primo Coenobi SS. Augustini perſtylio , ſequens in marmore inſculptum Epitaphium Patres Coenobi illius po- ſuere .

D. O. M.

Fr. Jacobo Hyacintho Serry Telonensi

A Gente perverſa , ac Nobili oriundo

Ex Ord. Præd. Doſtori Sorbonico

Per annos XL. in Pat. Gymn. Theologiaz Prof.

Pluribus singularis ingenii

Atque exquita eruditio[n]is monumentis editis claro

Divina[rum] p[re]ſertim gratia , Romana[rum] Sediſ Auguſtiniana[rum]

Ac Thomistica Schola Propugnatori , ac Vindici acerimo

Sinenſium Rituum

quos

Clemens XI. P. M.

Apoſtolico poſte mucrone conſixit

Eversoi primum ſtrenuo , atque invicto ,

Viro ſolido , ac vera pietatis Cultori .

Hujus Coenobi P.P.

Ut illius emulat[i]onē Poſterorū ingenia

Ad laudem excitarentur

M. P.

Vixit ann. LXXX. obiit MDCCXXXVIII.

Pla-

Plurimis, ut prælocuti jam sumus, iisque eruditorum sententia auro cedroque dignis operibus literarum orbem locupletavit; quorum plura nunc iterum, aliqua vero nunc primo, prælo committimus. Omnia seriem accipe humanissime Lector.

I. *Historia Congregationum de Auxiliis divinae Gratiae sub Summis Pontificibus Clemente VIII. & Paulo V.*, libri quatuor: quibus etiam data opera confutantur recentiores hujus Historie depravatores; Maxime vero imperrimi Auctori libelli gallice inscripti: *Remontrances a M. l'Archevêque de Reims sur son ordonnance du 15 Juillet 1607.* & *Actorum fides adversus inane Epistola Leodiensis argutias vindicatur*. Auctore Augustino le Blanch S. Th. Doctore. Lovani. Ægidii Denique 1700. in Fol. coll. 776. excepta Praefatione qua pp. 51. & Tabulis octo, quibus gestorum series ob oculos ponitur; & Appendix, qua varia continentur instrumenta seu scripta paulo prolixiora, quam ut Historica narrationi commode inseri potuerint; quæ idcirco in hunc locum consulito missa sunt. Opus accuratum, & ab omnibus Eruditis magno plausu exceptum.

Huic opere paulo post subiunxit: *Addenda suis losis in Historia Congregationum de Auxiliis sub Summis Pontificibus Clemente VIII. & Paulo V. celebratarum*. Anno 1700. edita pp. 299.

Nondum prælum egressa erat hæc Historia, cum de ejus editione moniti Scholæ Thomisticae Adversarii tota mente, omnibusque artibus contremuerunt, viciſſimque excanduerunt: quorum unus ceteris audacior ad Auctorem scriptis Epistolis hoc titulo: *Lettre à Monsieur l'Abbé... sur la nouvelle Histoire des disputes de Auxiliis, qu'il prépare*. Leodii 30. Jun. 1698. in 12. pp. 119. Huic, post Historiæ perfectam Editionem, respondit Auctor Epistola, cui Titulus:

II. *Lettre de M. l'Abbé le Blanc Auteur de l'Histoire de la Congregation, de Auxiliis, pour servir de réponse à la lettre du Secrétaire de Liège*. Anno 1699. in 12. pp. 59.

Annum non defpondit Scriba Leodiensis; Historiamque aggreſſus est tum editam, Libro, cui Titulus: *Questions importantes à l'occasion de la nouvelle Histoire des Congregations de Auxiliis*. Leodii. Strelle. in 8. pp. 346. Deest annus Editionis; sed videtur anni 1701. Respondit illico Historicus Libro; cui Titulus:

III. *L'Histoire des Congregations de Auxiliis justifiée contre l'Auteur des Questions importantes &c. par un Docteur en Théologie de la Faculté de Paris*. Lovani. Hieronymi Nempe 1702. in 12. pp. 522.

L'Historia delle Congregazioni de Auxiliis giustificata contro l'Autore delle Questioni importanti &c. da un Dottore in Teologia della Università di Parigi: stampata in Lovanio da Girolamo Nenpe l'anno 1702, tradotta dal Francese in Italiano da un Amico della Verità. Beneventi e Typographia Archiep. 1703. in 8.

Reponit iterum Leodiensis Scriba Libro hoc Titulo edito: *Errata de l'Histoire des Congregations de Auxiliis composée par l'Abbé le Blanc, & condamnée par l'Inquisition Générale d'Espagne. Avec une refutation de la Réponse au Livre des Questions importantes*. Leodii. Strelle. 1702. in 8. pp. 332., exceptis quibusdam Aelis ad calcem sepositis. Cui Historicus illoco satisfecit Responſione hujus Tituli:

IV. *Le Correcteur corrigé, suite de la justification de la Histoire des Congregations de Auxiliis, contre l'Auteur du faux errata de cet Ouvrage. Avec une Lettre au même Auteur touchant sa pretendue refutation de la Réponse aux Questions importantes*: Par un Docteur en Théologie de la Faculté de Paris. Namur. Hieron. le Gay, 1704. in 12. pp. 323.

Huic certaminis fœsi immiscuerat initio quidam Carolus Gaspar Metzianus, seu verus, seu pseudonymus, Academia Trevirensis Syndicum se gerens; ac Querelam de minus honeste habita sua Academia Rectori deferens, anno 1701., addito in Historicum nostrum conviciorum plausu: cui Historicus extemplo ita respondit; ut Syndicus ille deinceps mutare ausus non fuerit. Opella Titulus est:

V. *Auctoris Historiæ Congregationum de Auxiliis Defensio adversus Querelam Caroli Gasparis Merzenii Academia Trevirensis Syndici*. Lovani. Ægidii Denique, 1701. in 12. pp. 90. Et in Fol. ibidem pp. 29.

Prodit postea grande Volumen ex parte Adversariorum Scholæ Thomisticae, hoc Titulo: *Histoire Controversiarum de Divine Gratia Auxiliis sub Summis Pontificibus Sisto V., Clemente VIII., & Paulo V.*, Libri VI. Auctore Theodooro Eleutherio Theologo. Antwerpia. Petri Jacob 1705. in Fol. pp. 881. Quod opus in causa fuit, cur Serrius meditatajam alteram Historiæ sua Editionem prolatavit, ut novi hujusce Auctoris ratiocinationes dilueret; quod egregie, vera suo patetate nomine, præstit. E prelo itaque exiit hoc Titulo:

VI. *Historia Congregationum de Auxiliis Divine Gratiae sub Summis Pontificibus Cleven-te VIII., & Paulo V. in quaruor Libros distributa, sub aſcritio nomine Augustini le Blanc Lovanius primum publicata, nunc autem magna rerum accessione aucta, interfusque passim pro re nata adversus nuperos Oppugnatores vindicationibus aſcrita, defensa, illustrata. Cui preterea accedit Liber quintus Superiorum Librorum apologeticis adversus Theodori Eleutherii codem de Argumento pseudo-historiam. Auctore, & Defensore F. Jacobo Hyacintho Serry Ord. Præd. Doctore Sorbonico, & in Serenissime Republica Veneta Academia. Patavina Theologo primario. Antwerpia. Sumptibus Societas 1709. in Fol. pp. 47. pro Praefatione, octo praeteres majoribus Tabulis; coll. 924. pro Opero: cui adjecta Appendix, qua varia continentur Instrumenta, seu Scripta, quorum quadam prolixiora, fed ad fidem Historie necessaria pp. 432. Opus omnibus Eruditis liberis, & a Secta alienis probatum; cuius prodit Venetiis editio novissima anno 1740. typis Francisci Pitteri.*

In-

Interea prodit Libellus quidam, ut serebatur, posthumus hoc Titulo: *Veritable Tradition de l'Eglise sur la Prædestination, & la Grace*, par M. de Launoii Docteur en Théologie de la Maison, & Societe de Navarre. Leodii. Nicolai de François 1702. in 12. pp. 127. In hac Opella Launojus S. Augustinus velut traditæ ante de Prædestinatione, & Gratiæ in Ecclesia Doctrina Desertorem fuggillat, & ceu novorum Dogmatum Fabricatorem sequentibus Sæculis a Doctribus Ecclesiasticis impugnatum contendit, ut Lutheri, Calvini, similiisque a fana Doctrina segregum Praecursor habendus sit. Scriptiunculae hujus ita Auctorem puderat, ut eam in lucem proferre ausus non sit, quandiu fuit in vivis: quis tringa ab ejus morte annis Opellam Orco devovendam sulciat, ac præde dederit, ignoratur. Ceterum vix Roman perlatu est, cum Decreto Clementis XI. avitæ SS. Patrum Doctrinæ Vindicis die 28. Januarii 1704. tanquam fulmine percuti meruit. Eamdem Serrius impugnavit Libro hoc Titulo edito:

VII. *Diversus Augustinus Summus Prædestinationis, & Gratia Doctor a calunnia Vindictus, aduersus Joannis Launoij Traditionem fœci posthumo recens editam, & peculiaris Clementis XI. Pontificis Maximi Decreto nuper inuictam*. Coloniz. Nicolai Schouten 1704. in 8. pp. 418.

VIII. *Epistola Joannis Launoij ex Elyso ad Generalem Societatis Jesu Præpositum data, qua conceptum ex late in suam de Gratia, & Prædestinatione Traditionem Sententia dolorem amicis significat: Augustini abs se traducti culpam Societatis Theologorum Exemplo dellit: nihil demum toto ferme Libello scriptum ostendit, quod ab iis summa fide non delibarit. In Campi Elisiis. Execudabat Joannes Faustus typis Laurentii Costeri 1705. in 12. pp. 24. Secundo etiam edita fuit hæc Epistola, at ubi, vel quo anno incomptum; ac tertio, nimirum anno 1708. in 8. pp. 32. Hujusce Epistolæ fœsi Auctorem indicat Serrius eam recentis in Indiculo Operum suorum in calce Operis: *Vindiciae Vindicularium collato*. Hac Epistola se subdubitare indicat, an Opella supra relata ipsius Launoij si fœci genuinus, an saltē interpolatus. Ea vero exacerbatus P. D. . . . S. J. & ex Serrii officina prodidit eam arbitratuſ, alteram opposuit hoc titulo: *Lettre du Pere D. . . . Jesuite au T. R. P. Antonin Cloche General de l'Ordre de S. Dominique touchant le Livre du P. Serry contre le Sieur de Lannoy, & touchant une Lettre imprimée contre les Jesuites attribuée à ce Religieux*. In 12. Parini. 22. Febr. 1705. pp. 39. Ea vero Propositionem hanc a Serrio in suo Augustino vindicato prolatam, Homo lapſus indeclinabilis, & insuperabilis Gratia eget, ut bonum agat, ob eam Naturæ infirmitatem, in quam primi Parentis peccato incurrit, ceu hæreticam percellit, ac denunciat. Scendum quod Epistola hæc incripta, & misla fuit Magistro Generali Ordinis Prædicatorum; sed eodem ipsissimo tempore permulta exemplaria jam impressa Romani transmisſa fuerant illitioribus Viris ex omnibus Ordinibus. Qua de cauſa P. Generalis Dominicanus se illud videns per Epistolam, sibi quidem a Daniele scriptam ac misam, sed typis jam prius vulgatam, publicamque redditam, dedigata est respondere, autographum ipsum Serrio statim mittens ut illusori responſum pro arbitrio daret; quod & lubentissime, & quam celerrime perficit fequenti Epistola. Padua 3. Aprilis.*

IX. *Lettre du R. P. Serry Docteur de la Faculté de Paris, & primier Professeur dans l'Université de Padoue au R. P. Daniel Jesuite, pour servir de réponse à la Lettre de ce Pere adresſée au tres R. Pere General de l'Ordre de S. Dominique en date du 22. Fevrier. Coloniz. Schouten, 1705. in 12. pp. 70.*, & iterum eodem anno in 8. pp. 85. Ea vero Errorem sibi impactum luculentissime eluit.

Cum vero anno sequenti Librum edidisset laudatus Daniel hoc Titulo: *Traité Théologique touchant l'efficacité de la Grace, ou l'on examine ce qui est de foi sur ce sujet, & ce qui n'en est pas; ce qui est de S. Augustin, & ce qui n'en est pas*. Paris. le Clerc 1706. in 12. Serrius Responſum oppoluſit hoc Titulo.

X. *Schola Thomistica vindicata, seu Gabrielis Danielis a Soc. Jesu Tractatus Theologicus adversus Gratiam se ipſa efficacem censorius Animadversionibus confutatus; quibus Moliniana Inventa pro Fidei Dogmatibus ab eodem Daniele venditari; Augustini Doctrinam non exponi, sed impeti; Scholam Thomisticam inique traduci ac fugillari demonstratur*. Coloniz. Schouten, 1706. in 8. pp. 223. Cum idem P. Daniel ipsi Serrio Epistolam scripſisset filio gallico actiore, respondit latine Serrius, sed modestissime hoc Titulo:

XI. *Confutatio Responſi Epistolaris a Gabriele Daniele S. J. ad primarii Academie Pavoniae Theologi Letteras datu, qua singula ejusdem Responſi Capita continuata serie refutantur*. Coloniz. Schouten, 1708. in 8. pp. 63. & iterum eodem anno in 8. pp. 91. Confutatio hæc gallice versa prædicta data fuit, præmisso monito ad Daniele. Titulus is est: *Refutation de la Respoſe du R. P. Daniel jesuite à la Lettre de R. P. Serry &c. Traduction*. Coloniz. Schouten, 1706. in 8. pp. 68.: qua versio vulgo tribuitur Fr. Joanni Andrea Gualtieri Massiliensi, O. P. Sacra Facultatis Parisiensis Magistro, tunc Collegii Santiago Priori.

In lucem prodire eo tempore: *Epistola quedam nomine Puerorum abgue Baptismo ante usum Rationis mortuorum ex Campus Elysiis ad Sfrondatissimi Defensores Scriptentium; quas quidam Serrius tribuerat; sed eas ipse suas minime agnovit; & ideo omittebat*.

XII. *Les vrais sentiments des Jesuites touchant le peché philosophique*. Inter Opera sua hoc Serrius recenset in eorum Indiculo, qui exstat ad calcem Opulculi, cui Titulus: *Vindicularum Ambrosii Catharini*; ab ipso Authore editi, & impressi Paravii typis Seminarii anno 1733. At variationem aliquam Titulus ille patitur: in Indiculo namque ita exprimitur: *Les ve-Serry Tom. I.*

**

rita-

P R A E F A T I O .

ritable sentimens des Jésuites , touchant le pechē philosophique , a un Segneur de la Cour . Duplex fuit Opusculi hujus editio , altera priori accurrior .

XIII. *Decretum Cardinalis Tournonii in causa Sinensi Notis apologeticis illustratum , & contra obscuros nonnullos Cavillatores vindicatum . Extabat ad calcem Opusceli , cui Titulus : Acta Causa Rizuum , seu Cæremoniarum Sinensium &c. Venetiis. Ant. Bortoli 1709. juxta Exemplar Romæ imprefsum ex Typographia R. C. Ap. in 8.*

XIV. *Difesa del Giudizio formato dalla Santa Sede Apostolica nel dì 20. Novembre 1704. e pubblicato in Nankino dal Cardinal di Tournon, alli 7. Febbrajo , 1707. intorno a Riti , e Cerimonie Cinesi , contro un Libello sedizioso intitolato : Alcune riflessioni intorno alle cose presenti della Cina ; A cui vengono assesse tre Appendici contro le tre Scritture latine ultimamente stampate dalli Difensori de medesimi Riti condannati . Opera di un Dottore della Sorbona trasportata dal Manoscritto Francese da un Religioso Italiano. Quasi scelus Idolatriæ est , nolle acquiescere. Lib. Reg. cap. 15. Taurini Joan. Bapt. Fontana 1709. in 8. pp. 134. Altera hujus Operis Editio prodiit eodem anno aucta. pp. 136. Ut Lectionibus statim pateat quānam fuerint tres hic memoratae latine Scripturæ , quas totidem appendicibus refutavit Serrius , scinduntur : quod vix edito ipsius opera Cardinalis Tournonii Decreto in Causa Sinensi Notis suis apologeticis illustrato , damnatorum Rituum propagatores Opusculum evulgantur cum hoc titulo : Nota in Notas adjectas Decreto Legati de Latere Tournonii edito Nankino 7. Feb. 1707. iusta Decisionem Clem. XI. 20. Novemb. 1704. Et hoc Opusculum refutavit Serrius priori Appendice . Notas Serrianas ad memorati Decreti intelligentiam impetrare conati sunt Cæremoniatum Sinensem Defensores Scriptiuncula alia , cui titulus fuit : Nota in superius Decretum cum suis Responsionibus ; & has Responsiones evervit Serrius Appendice secunda . Tertia tandem Appendici argumentum suppeditavit Opella quedam sub hoc ementito Titulo ab iisdem Rituum Sinensem propagatoribus juris publici facta : Defensio Decreti Sacra Congregationis in Causa Sinarum &c. Hæc tria Opuscula una cum Decreto Tournonii ante laudatas Appendices apponere in hac Editione e re visum est ; nec non eorum , quæ Autor italice edidit , versionem latinam dare .*

XV. *Contra-Risposte , o siano esami di tutte le Scritture pubblicate dai Protettori de Riti condannati della Cina intorno ad un fatto accaduto in Scio nell'anno 1694. e riserbo come di passaggio in aggiunta alla seconda Edizione della difesa del giudizio formato dalla Santa Sede Apostolica . In Turino . A spese di Gio. Battista Fontana in 12. pp. 267.*

XVI. *Le Mahometisme toléré par les Jésuites dans l'île Chio 1711. in 12. pag. 24. Cum nullam hujus Opella mentione fecerit Author in memorato Indiculio Operum suorum a se de scripto ad calcem Vindiciarum Ambroſii Catharini , putarunt nonnulli aut eam Serrius non scripsisse , aut tanquam suam agnoscere noluisse . Centent vero alii eam in Indiculo omnissimam , eo eo quia vix aliud continet , prater Angeli Carlini Corinthiensis Archiepiscopi testimonium de exposita rei veritate , juramento firmatum .*

XVII. *La Calunnia Corvinia , cioè Risposta ad un Libello pubblicato da Difensori de Riti condannati della Cina . Sotto il titolo di Lettera d'avviso d'un buon amico , al Dottore di Sorbona , Autore della Difesa del Giudizio formato dalla Sede Apostolica , &c. In Torino a spese di Gio. Battista Fontana Librario . in 8. pp. 84. Exstat Editio altera absque Loco , & Typographi nomine , anno 1710. Hujus quoque Opusculi mentis fit in laudato Operum Serrianorum Indiculio ; ad Vindiciarum Ambroſii Catharini calcem .*

XVIII. *Melchioris Cani Canarinensis Episcopi vindicationes , instar Prologi Galeati , ad Libros illius duodecim de Locis Theologicis. Patavii , typis Seminarii apud Joan. Manfrè 1714. in 4. pp. 48. Quem Prologum in omnibus subsequentibus Cani Editionibus , quas idem Seminarium vulgavit , semper opus retinuit .*

XIX. *Oratio Funebris habita in Ecclesia SS. duodecim Apostolorum de Urbe occasione Exequiarum Eminentissimi Fr. Laurentii Brancardi Cardinalis de Laurea . Edita est cum Vita ejusdem Cardinalis a Bartholomao Comandi scripta , Romæ , 1698 in 4.*

XX. *Exercitationes historicæ , criticae , polemicae de Christo , eiusque Virgine Marre : quibus Iudaorum Errores de promissi sibi Liberatore novo methodo refelluntur , Christianæ Religionis Mysteria omnia ad certam Historie fidem exiguntur , explicantur , defenduntur . Habitæ in Academia Patavina. Venetiis , Joan. Malachini sub signo D. Ignatti , impenſis Julii de Maphæs 1719. in 4 pp. 472. Opus Aloysio Pitano , Joanni Paschalico , Michaeli Mauroceo Academias Patavinae Moderatoribus nuncupatum . Prodit hujus Operis eodem anno , imo eodem fere mense Mediolani typis Dominici Bellegatæ altera similis omnino formæ (neglectior licet , prouisque inventuña) Editio , totidemque pagellarum ; Autore una cum Typographo demirante , nec percipere omnino valente , quomodo brevi adeo temporis intervallo altera Editio priori succedere potuisse . Rem tandem tempus manifestavit . Illorum unus , qui Malachianæ Typographiæ inferiebant , singula Folia eo , quo imprimebantur , ordine curabantur : illaque deinceps quam diligentissime Mediolanum mittens , iniquitatis primum , prout pastum fuerat , ab novo Editore (non dico : Typographo) enumerata pecunia vicissim recipiebat ; & ita duplex eodem ferme tempore ejusdem Operis Editio prodiit . Quorū autem , inquit Lector , hæc dicta ? Ut nimis hinc videoas , quanta fuerit existimationis & fama Serrius , cuius Opera vel nondum ab aliquo degustata , imo ne quidem visa , secundo imprimi curatum est : raro profus , ne unicū forte dicam , Exemplum .*

At hoc idem Serry Opus , quod non absque Eruditorum plausu exceptum fuerat , cuius exemplaria bina Editione multiplicata , diurna a plurimis volvabantur manu , volvabanturque nocturna ,

P R A E F A T I O .

xi

na , Emulorum infidias haud valuit effugere . Il etenim , qui qualibet arrepta occasione moleſtiani Auctori creare pertabanti , clam Excellentissimorum Studii Patavini Reformatorum auribus infusurabant ; quasi plura in suis Exercitationibus tradidisset ; ni Fidei Orthodoxa , saltem Christianæ pietati minus confona . Sero quidem , certo tamen , structas sibi infidias detexit Serrius , nempe septimo jam elapso anno , ex quo publici juris Liber jam factus fuerat ; tunc enim novit ex ea unice causa sibi suspendi augmentum , prout emeritis Professoribus , pro sua munificencia Senatus affolet , retardari . Hinc ipse , non quidem majoris lucri cupidus , sed honoris sui jure follicitus , causam suam apud supremum illud Tribunal agens , mentis suæ sensus aperuit ; qua vere docuerat , propugnavit ; remque in tuto ponere sequenti Libello contendit .

XXI. *Difesa del Libro intitolato : Exercitationes Historicæ , Criticae , Polemicae de Christo , eiusque Virgine Matre &c. per la condanna seguita di derto Libro , scritta dal medesimo Autore , e presentata alle loro Eccellenze i Signori Riformatori dello Studio di Padova . Prodiit in lucem decem circiter abhinc annis cum commentitia adscriptio : Patavii , sumptibus Societatis , in 4. pp. 20.*

XXII. *Mox memoratum Exercitationum Opus ad incudem revocavit Magister Serry , priusquam commune natura debitum solveret , multisque Dissertationibus praesertim : De Christo Judice locupletata . Autographum proprio Auctori conscriptum calamo diu , Parente suo e vivis sublato , delituit ; nunc vero Deo favente repertum , nobisque traditum est , ut in lucem edamus . Quod quidem , ut neminem lateat , editione aboluta , in Bibliotheca Veneta SS. Jo. & Pauli apud Predicatorum reposuit , inibi adserendum , ut quisque , si libuerit , vel neculum fuerit , suumque oculis intueri , & inspicere posfit ; sic autem inscribitur : Exercitationes Historicæ , Criticae , Polemicae Editio nova ab Auctore recognita , & multis Exercitationibus haec tenus ineditis locupletata . Ex hoc itaque Archetypo in hac nostra Serrianorum Operum Collectione Exercitationes exhibebimus .*

Si annorum series attendenda esset , & quo ordine prodiere , recensenda hic essent hujus Viri Clarissimi Opera , nonnulla diversi omnino argumenti , ut hic statim collocarentur , expoferent . At iis pro nunc locum cedere iussi , ea nullo medio reponere congruentius daximus , quæ circa idem argumentum verlantur , quæ agro nonnisi oculo ab Exercitationibus Histrio-Criticis se juncta Lector perquireret , conspiceretque . Sextus circiter decimus evolvebatur annus , ex quo Exercitationes prædictas Serrius publici juris jam fecerat , cum Antonius Sandinus J. U. D. & Bibliotheca Seminarium Patavini Praefectus edidit Historiam Familia Sacra ex antiquis monumentis collectam . Patavii , typis eiusdem Seminarii 1735. qua Serrius , quacunque potest occasione , provocat , & infectatur . Cui ille sequenti Opusculo nulla mora reprobit :

XXIII. *Fr. Hyacinthi Serry Primarii Theologi Patavini Animadversiones anticritice in Historiam Sacra Familiæ ab Antonio Sandini J. U. D. novissime scriptam . Parisis. Anton. Desallier sub signo Corona 1735. in 8. pp. 133. At Veneti quidem Collectores qui Eruditorum Diaria singulis hebdomadis prescribabant , die 28. Maii 1735. ipsum traduxere , tanquam ex equo , atque in totum Adversarium suum minime resellifet . Quapropter ab eo statim edita fuit .*

XXIV. *Manifsa ad Animadverfones anticriticas in Historiam Sacra Familiæ . in 8. Supprefio Typographi nomine , loco , & anno . pp. 33.*

Matthæus quoque Basile Archiepiscopus Panormitanus litterarium certamen cum Magistro Serry inire voluit , octo elucubrat Dissertationibus , quibus ipsius Exercitationes &c. refellere pro virili contendit . Opus quidem ad umbilicum perduxit , at publici juris fieri non permisit , dum inter vivos stetit . Illud tamen prælo commissum voluit Jacobus Basile Soc. Jesu præfati Præsulis ex Fratre nepo , anno ab obitu Patrui sui undevisimus , ab editis Exercitationibus trigesimo sexto , sequenti appositio Titulo : Matthæi Basile Archiepiscopi Panormitanorum aduersus Exercitationes P. Jacobi Hyacinthi Serry , de Christo , eiusque Matre Virgine Dissertationes polhæma . Adcurante Jacobo Basile Societatis Jesu Fratris filio . Neapol 1755. eo Typographia Abbatiæ . in 4. pp. 264. His Basile Dissertationibus , nec non præfata Sandini Historia , locum in hac Collectione ultro concedimus , ut cuinam ex contendentibus feliciter celerit litterarji Martis aea , æquus judicet Lector . At Serrianorum Operum seriem paulo invertam , servato iterum editionis tempore , repetamus .

Anno MDCCXXII. (ipsissima usurpare licet verba Jacobi Faciolati de Gymnasio Patavino Syntagma IX. pag. 116.) cum in Romana Curia quereretur de virtutibus Fr. Sebastiani ab Apparitione in Minoritis , cognomento Pyraufa , ut in Calixton album referretur ; & pro negotiis gravioribus aliud incididit non satis planum , atque explicatum ; addibita est in consilium preter Sorbonicam , & Salmanticensem , universitas Patavina . Vixerat Pyraufa usque ad annum LX. summa vita integritate atque innocentia . Id atatis cum esset , puellam uxorem duxit , sed ita tamen , ut servatu si fieri posset , Virginis continentia proposito , custos potius & pater , quam maritus , vita sociam atque adjutricem haberet : eaque intra annum defuncta , alteram statim eadem conditione sibi adjunxit . Cum utraque continentissime egit : & cum secundam quoque circa amissione , religioni se addidit ; obitique sanctitatis fama , & miraculis clarus . In dubium vocabatur , num duo haec connubia & christiane prudentie legibus inita dici possent ad virrum heroicam exercendam . Et cum sententia variasset , alii quoque Theologi extra Urbem consulti sunt . Scripsere ex nostris de hac re , Excellentissimo jubente Collegio . Fr. Hyacinthus Serry Theologus Thomistica , Fr. Nicolaus Buico Theologus Scotista , & Presbyter Michael Verrius Logice Professor . Ac primus quidem nihil in iis matrimonis prudenter actum censuit ; alter virtutem agnoverit , non tam heriocam ; tertius matrimonium utrumque summis Serry Tom. I. *

mis laudibus exultit, & Ecclesiae honoribus dignum affirmavit. Parva quidem molis, sed eximia doctrina, Opellam suam sic Serrius inscripsit:

XXV. *Suffragium censorium in Causa Venerabilis Servi Dei F. Sebastiani ab Apparito, Pyraufa vulgo dicti*. Patavii. Conzatti 1722. in 8. pp. 19. Suffragium hoc habebis Humanissime Lector, pluribus locupletatum, que impresso jam Opulculo Auctor scripto, ut aliquando adderentur, reliquit. Vota simul habebis ceterorum qui de hoc arguento, Sacra postulant Congregatione, scripere. Scias autem tot inter responsa, que varii a Theologis super Quæsto a Romana Curia proposito typis data fuere, illucque transmissa, hoc Serry Suffragium primas obtinuisse, palmamque integrum sententiam suam reportasse.

XXVI. *D. Augustinus D. Thome, ejusque Angelicæ Scholæ conciliatus in questione de Gratia primi Hominis, & Angelorum*. Opulculum Danieli Delphino Patriarcha tunc Eleæto Aquileiensi, postea S. R. E. Cardinali nuncupatum. Patavii: typis Seminarii 1723. in 8. pp. 188. Et iterum Patavii, Typis Conzatti 1724. in 8. pp. 245. Litterariis Triumvitis Jo. Franciso Mauroceno, Aloysio Pisano, ac Petro Grimano dicatum. Juxta posteriorem hanc editionem, que priori multo auctior, magna rerum accessione illustrata fuit, nec non contra nonnullos obscuros prioris impugnatores vindicata, confirmata, Opulculum exhibebimus.

XXVII. *De Monachatu Benedictino D. Thome Aquinatis apud Casmense, antequam ad Dominicanum Predicatorum Ordinem se trasferret, Historica disquisitio*. Lugduni, apud Frates Bruyset in vico mercatorio, 1725. 8. pp. 79. Sunt qui hanc Opellam Serrio non spernendi conjecturis abjudicent: qua de re penes alios esto iudicium. Ipse profecto in foetuum fuorum recognitione penitus pratermittit. Dissertationem infuper de Fabula Monachatu D. Thomæ a C. P. Bernardo M. de Rubeis ejusdem Ordinis e Congregatione B. Jacobi Salomonii Venetiarum adornatam nullatenus impugnat, Portentum sane, si primam Serrius Opelam scripsisset!

XXVIII. *Ambrosii Catharini Vindicia de necessaria in perficiendis Sacramentis intentione Theologica Disputatione*. Patavii, Conzatti, 1727. in 8. pp. 164. Elapsis duobus circiter annis prodit Liber cui Titulus: *Dissertatio Theologica historica, dogmatica, scholastica, moralis de Intentione in Sacramentorum Missivo necessaria*. Auctore Fr. Lamberto Gaud Valreasensi Ordinis Prædicatorum in Avenionensi Academia Doctore Aggregato, nec non perpetuo in Cathedra S. Thome Moralis Theologia Professore. In eo Opere omnes quidem Theologos refellere aggreditur Lambertius, qui hac nostra etate Ambrosii Catharini sententia patrocinium suscepere; At in Serrius potissimum stilum suum acuit, qui hoc argumenti genus præ ceteris latius pertractaverat. Id causa fuit, cur novam harum Vindiciarum Editionem auctam, atque illustratam adornaret, cuius Titulus:

XXIX. *Vindiciae Ambrosii Catharini: seu de necessaria in perficiendis Sacramentis Intentione Theologica Dissertatio, contra domesticum impugnatorum vindicata, defensa, confirmata, magna rerum accessione aucta, & illustrata*. Patavii, typis Seminarii, 1730. in 8. pp. 206. Atque iterum anno 1733. ibidem, aucta pariter, & illustrata. Cum vero jam edita ad manus cuiusdam Theologæ candidati perveniret, eamque peravide perlegisset, quadam se offendisse putavit, quibus haud plene mensa sua acquiesceret. Oblata occasione Serrius invisit, dubitationes suas patefecit, eumque rogavit, ut fatus sibi facere minime deditgaretur. Annuit ille, pagellamque a se conscriptam tradidit, in qua quidquid Candidatus poposcerat cumulatissime exaraverat, unde scrupuli exempti sunt omnes. Pagella haec postmodum Bibliotheca SS. Joannis, & Pauli Veterinarum Præfecto consignata fuit; ut si de nova Opulculi Editione aliquando cogitaretur, ea omnia, que scripto suo Auctor largitus fuerat, inler possent, ac etiam deberent. Res nobis modo gratissima obvenit; dum plenam Operum Serrianorum editionem curamus; omnia enim que in prioribus Editionibus desiderabantur, in hac Lector reperiet.

Longa a prænarratis dissimilis exercendi calami occasio se obtulit eximio huic Theologia Professori Primario post annum 1726. Siquidem Joannes Checcotius Canonicus Vicentinus ad Ecclesiasticam historiam in Gymnasio Patavino exponentem IV. Non Jul. ejusdem anni publice condutus fuit. Hic cum Juris Doctor esset (verbis utrum Jacobi Faccioli in Operi: *Fabri Gymnasi Patavini* pag. 272.) in Teologia quoque probatus est sine examine more nobilium, & sine expensis. Collegio etiam adscriptus est, & inter Promotores statim relatus; quod nihil negandum videbatur ingenti hominis famæ, quam sibi voce in patria sua, scriptisque pepererat. . . . Memoria plurimum valuit, ingenioque fuit certe magno, quamvis non satis illaskri, atque explicato. Statim atque ad docendum accessit, crudite quædam exigitur, sed suo quædam dicendi genere non tam exposta, quam coacervata. Sic ille, quibus forsan indigitat Symbolum seu Confessionem Fidei, & novum Gratia, & Predestinationis systema, que vix ut ita dicam Scholam ingrelit, discipulis suis privatim communicavit. At cum in his scriptiunculis verba usurparet Checcotius obscura, inepta, & male sonantia, imo quædam proferret a Fide Orthodoxa, ab Ecclesiæ sensu, a Sanctorum Patrum doctrina, quam in dicendo sepe floccificabat, longe remota, in graves Religionis suspiciones prolapsum est, carceri demandatus & coram fidei Quæstoriis caußam dicere iussus. Interea plures Theologiae Professores, quos inter Magister Serry Checcotianæ doctrina examen, de Superiorum mandato instituentes, plura notarunt nedum barbara, inepta, verum etiam male sonantia, scandalosa, & hæresi saltem proxima; que cum nec tueri posset Checcotius, nec cum Fidei & Ecclesiæ doctrina componere, errorum suorum palinodium canere debuit. Quæ in suo Pseudo-Symbolo, & novo de Gratia systemate ille scriperat, & Serrius refutavit, nunc exhibemus.

XXX. *Fr. Jacobi Hyacinthi Serry in Academia Patavina Theologi Primarii Censu-*

ra in Symbolum, seu professionem Fidei circa Trinitatis Mysterium, vernacula lingua editum a Joanne Checcorio Canonicu Vicentino, & in eadem Academia Ecclesiastice Historia Professore.

Concivis sui Checcottii tutelam ultro suscepit Presbyter alter Vicentinus (cujus nomini parvum duximus) sequenti Opulculo Apologeticæ: *Checcorianæ Fidei professionis a Serryna Censura vindicia*, quibus illa a convicis, quis perperam oneratur, dispungitur, eamque Orthodoxæ Religionis doctrinæ non adversari potest ostenditur. At Magistrum Serrius non modo adversaria hæc tela nil dejecterunt, sed ipse hostem suum voluntarium Checcottii Patronum sequenti scripto, quadam veluti catapulta funditus profigavit.

XXXI. *Confutatio Defensionis Pseudo - Symboli, nec non Censurarum, quibus confixum fuerat, redargutio, confirmatio, explicatio.*

Prodierat eodem ferme tempore sub ejusdem Joannis Checcottii nomine vernacula parter lingua: *Novum Systema Prædestinationis, & Gratia*; quod quidem a se inventum, sive commentum negavit ipse, sed ex amicorum colloquio tantummodo cinnatum coram Judice falso est. Huic parter Scripto Censuras apposuit Serrius sub hoc Titulo:

XXXII. *Fr. Jacobi Hyacinthi Serry Primarii in Gymnasio Paravino Theologiae Professoris Censura novi Systematis de Prædestinatione, & Gratia, ut vulgo fertur, Joannis Checcottii Vicentini Canonicu, & Ecclesiastice Historicae Professoris*. Ab his vero brevi calamo expeditum, stilum ad alia convertit Serrius, ediditque, suo ut plurimum appositio nomine, licet etiam aliquando suppresso. Ea sunt:

XXXIII. *Specimen Historiae Veneta Joannis Gratiani editum a Collectoribus Lipsiensibus, notis anticriticis castigatum*. Epistola formam referit ad Ignatium Amat de Graveson. Patavii. Typis Seminarii. 1729. in 8. pp. 15.

XXXIV. *Graci Theologi de Christo Pascha suum premature, atque in pane fermentato celebrante Dissertatio, a Theologo Latino Censoris notis dispuncta, & confutata*. Patavii, ex Typographia Seminarii. 1730. in 8. pp. 50.

XXXV. *Observationes Censoria in Libellum, cui titulus est: Juris naturalis & gentium doctrina Metaphysicæ asserta a Fratre Nicolao Concina Ordinis Prædicatorum, Metaphysicæ Professori novissime publicatum*. Sine loco, & anno. In 8. pp. 15.

XXXVI. *De Romano Pontifice in ferendo de Fide, moribusque judicio falli, & fallere nescio: eodemque Concilii Ecumenici autoritate, potestate, iurisdictione superiori: Dissertatio Duplex*. Accedit Appendix de mente Ecclesiæ Gallicane, & Academia Parisiensi circa duo illa Sedis Apostolicae privilegia: Auctore Fr. Jacobo Hyacintho Serry Ord. Prædicatorum S. Th. M. & in Academia Patavina primario Sac. Teol. Professor. Patavii. Typis Seminarii. 1732. in 8. pp. 295. Huic illico apposuit in Epistola formam sequens:

XXXVII. *Preservativo contro la Critica di alcuni falsi Zelanti, quo se se a nonnullorum criminationibus strenue vindicat*. in 8.

Adversus binos mox memoratos ingenii Serriani factos Opus prodiit anonymum sic inscriptum: *Romani Pontificis Privilegia adversus novissimos Osores Vindicata. Duplex Dissertatio, cum duplice Appendice*. Venetiis Bartholomai Javarinæ. 1734. in 8. pp. 415. Occurrit illico pro futuum suorum tutela Serrius, ediditque sequens Opulcula.

XXXVIII. *Infallibilitatis Pontificie iustis terminis circumscriptæ explicatio, argue defensio. Dissertatio Apologetica adversus novissimum Privilegiorum Pontificiorum Vindicem Typis Bathol. Javarinæ publicatum*. Coloniz, apud Petrum Marteau sub signo Fortuna. 1734. in 8. pp. 63.

Haud his acquevit Serry Adversarius, Fr. nempe Aloysius Maria Lucinus, tunc Commissarius S. Officii in Urbe, postea S. R. E. Cardinalis; imo aperto jam marte, & proprio apposito nomine certamen inflauravit, edito iterum Opere sub hoc Titulo: *Romanæ Pontificis Privilegia adversus novissimos Osores Vindicata. Duplex Dissertatio, cum duplice Appendice*. Auctore F. Aloysio M. Lucino Ord. Præd. S. Th. Magistro, & in Urbe Commissario Generali S. Officii. Editio secunda auctior, in qua Anonymi dissertatio apologetica, seu infallibilitatis Pontificia iustis terminis circumscriptæ explicatio atque defensio expenditur, & refutatur. Venetiis apud Bartholomæum Javarinam, 1735.

Indictum sibi iterum bellum sustinuit Serrius, Opus suum castigationibus, & additamentis loquaciter prælo denuo confignans proprio inscriptum nomine, ut sequitur:

XXXIX. *Hyacinthi Serry Primarii Theologi Patavini ab Aloysio M. Lucino R. J. C. G. aperta jam fronte provocati, Iterata defensio: seu Infallibilitatem Pontificie iustis terminis circumscriptæ fusiō explicatio firmiorque defensio. Dissertatio Apologetica secundis curis ornata, adversus novissimum Privilegiorum Pontificiorum vindicem; eundemque novo addito editione sua secunda Supplemento, obstinatus adhincem. Editio secunda aucta & castigata, Parisiis, Ant. Dezallier sub signo Coronæ aureæ, 1735. in 8. pp. 152.*

Tertio etiam in arenam descendit Lucinus, sequenti Lubrificatione: *Anti - thesis contra Auctorem conantem Pontificiam Infallibilitatem certis terminis circumscribere, ejusdemque propositi iterata defensio*. 1735. in 8. fine loco, & nomine Auctoris, & Impresoriorum. pp. 160. Quod Opus ne minimum quidem auctum, aut mutatum, proprio duntaxat apposito nomine, typis iterum confignatis sequenti anno: *Anti - thesis P. Fr. Serry Tom. I.*

* * 3 Hyacin-